



Q. D. B. V.

§. I.



Ævos atque defectus innumeros eosdemque varii generis in toto terrarum orbe, adeo, ut ne ullus quidem mortalium extet, qui non uno alterove labore, deprehendi, res satis evicta & luce meridiana clarior est. Sunt vero ejusmodi nævi duûm imprimis generum, quorum alii intellectum a rerum cognitione, alii voluntatem a morum & actionum rectitudine abstrahunt, quibus de nunc quædam in genere differere, cum alium plane scopum nobis præfixum habeamus, animus non est. An mundus senescat & annis crescentibus deterior quasi fiat? dudum quæsitum & id nulla unquam ratione, cum mundus non a se ipso conservetur, sed a Deo, cujus influxus semper sibi constat, admitti posse, hinc eruditos, si quandoque ita dicant, vel *αὐγὴς* loqui, vel hominem potius depravatum & quotidie in pejus ruentem intelligere responsum fuit. Monendis hic immorari non licet. Hominem, Microcosmum, variis vitiis pollutum, si omnia iisdem medentia media constanter rejecerit, nullos

Λ

nullos